70

Numerus dentium. Dentium numerus non est idem in omnibus, maximus tamen est 32 21
priores quatuor utrinque dicuntur incisorii quia oblatum cibum Incisorii.
dividunt, γελασινοι i. risorii quod in risu appareant, Etiam
hos medii duo utrinque duales vocantur et hi omnes minima singu-
lis radicibus ~~...~~.
Alii duo utrinque succedentes Canini dicuntur ob similitudinem eo- Canini.
rum, officium est scindere cibos duriores eosque frangere, singu-
lis tamen radicibus sed longissimis firmantur.
Molares sunt asperi duri et magni ab utroque latere quaterni Molares
vel cum maxillares etiam dicuntur quod ab his cibi exactius
ad lenorem quendam atterantur. Hi tres habent partes, superior
dicitur mensa, Media pars est quae gingiva tegitur, infima
radix. Caeterum qui superiori maxillae sunt infixi ternas
Radices Dentium. saepiusculum radices habent, et inter hos qui intimi utrinque
sunt extimi quaternas, inferiores binas et intimi in-
cuj ternas ita ut hae semper una radice a superioribus
vincantur.

Postrema sunt dentes qui gignuntur in extrema gingiva post Genuini.
terminum septenarium, nonnunquam etiam exacto decimo
septenario genuini dicuntur, Avicenna dentes sapientiae
Dentes intellectus. et intellectus vocat. Oriuntur autem dentes isti cum
vehementibus symptomatibus quae curantur si extrema
pars gingivae leniter scalpatur vel perforata illa membranula
qua integitur gingiva dentis facilior exitus paretur.
Sinus maxillares quibus infiguntur dentes dicuntur praesepio-
Praesepiola. la aut fossulae aut alveoli. Spatium intersepium den-
tibus aptos, Usus dentium est praeparatio ciborum, inciden-
do, frangendo, et atterendo, item ~~modus~~ modulatio vocis,
item defensio, sunt enim quibusdam animalibus armorum
loco ut iis utantur etiam ad rapinam.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1219/0145
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG